

10
INDEX
LIBRORVM PRO

HIBITORVM, CVM REGV-
lis confectis, per Patres à Triden-
tino Synodo delectos.

AVCTORITATE PII III. PRIMVM
Editus, postea vero a Syxto V. auctus:

ET NVNC DEMVM S.D.N. CLEMENTIS PP. VIII.
iussu recognitus, & publicatus.

INSTRVCTIONE ADIECTA.
De exequendæ prohibitionis, deq. sincerè emē-
dandi, & imprimendi libros ratione.

IMPRESSVS DE MANDATO IL-
lustriss. & Reuerendiss. Domini D. Antonij
de Matos de Norogna Episcopi Hel-
uensis, Inquisitoris generalis
Lusitaniæ, &c.

OLISIPONE.

Apud Petrum Craesbeeck:
Anno M. D. XCVII.

Expensis Christophori Ortega Bibliopola.

Ortega



DOM Antonio de Matos de Noronha, per graça de Deos Bispo d'Eluas, Inquisidor geral d'estes Reynos, & Senhores de Portugal, &c. a todos os que esta nossa carta virem, fazemos saber, q̄ o Sanctissimo Padre Clemente Papa VIII. nosso Senhor, mandou ora de novo publicar, & guardar em toda Christandade o Catalogo geral de liuros defesos, com suas regras, que ja d'antes corria, & se guardaua, & foy feito per ordem do sagrado Concilio Tridentino, & cõfirmado, & mandado guardar pelo Papa Pio III. & ora vem per mandado de sua Sanctidade de muy accresentado, em nouas obseruações, instruções, & grande numero de liuros, & autores condenados. O qual nouo catalogo, em nos vindo à mão, fizemos logo imprimir, para q̄ podese vir à noticia de todos. E executando per nossa parte o que S. Sanctidade nelle manda, que desejamos se cumpra, & guarde muy inteiramente, mãdamos a todas, & cada hũa das

peſſoas, aſſi eccleſiaſticas, regulares, ou ſe-
culares, como leigas, de qualquer eſtado,
condição, ou dignidade, que ſejaõ, que ti-
uerem liuros, dos q̄ ſe prohibem no dito
catalogo, & regras delle, q̄ dentro em trin-
ta dias, da publicação deſta, os entreguem,
ou notifiquem os nomes, ou titulos de ca-
da hũ delles, aos Inquiſidores de ſeu diſtri-
cto, para delles ſe ordenar o q̄ comprir. E
nãõ o comprindo aſſi dẽtro do dito tem-
po, ſe o liuro, ou liuros, q̄ aſſi tiuerem, forẽ
deſeſos, por ſerem de herejes, ou cõterem
doutrina heretica, ou ſoſpeita, polo meſ-
mo caſo encorrãõ em excomunhãõ ma-
ior, & ſe poſſa contra elles proceder, como
contra ſoſpeitos na fẽ, & na meſma pena
encorrãõ os q̄ ſouberem quem os tẽ, & o
nãõ denunciareẽ aos Inquiſidores dẽtro do
meſmo tempo, da qual cẽſura, nem hũs,
nẽ outros poſſãõ ſer aſſoltos, ſenãõ pelos
ditos Inquiſidores. E outro ſi mandamos
ſo as meſmas penas, q̄ nenhum imprefſor
imprima algũ dos taes liuros, nem peſſoa
algũã os veda, ou imprefſos em outra par-
te

te os traga, ou faça trazer a estes Reynos,
& Senhorios. E se os taes liuros fore de fe
sos, não polos ditos respeitos, mas por al
gum outro diferente, que os tiuer, sem os
querer entregar, né manifestar seus nomes
ao sancto officio, & o impressor, q os im
primir, & a pessoa q os vender, trouxer, ou
fizer trazer, alem de encorrer em peccado
mortal, serà a nosso arbitrio, & dos Inquisi
dores seueramete castigado. E per esta re
uogamos quaesquer licenças, q nos, ou os
Inquisidores geraes nossos antecessores, te
nhamos concedidas a quaesquer pessoas,
pera ter, ou ler quaesquer liuros dos pro
hibidos neste nouo catalogo geral. E de
claramos q juntamete cõ elle fica corã
do o catalogo particular da S. Inquisição
destes Reynos, no vigor, que tẽ gora tinha,
em quanto não prouemos outra couza. E
todo los liureiros, impressores, & mercado
res de liuros terã este catalogo so pena
de vinte cruzados, pera os gastos do S. offi
cio. E encomẽdamos as mais pessoas q tẽ
liurarias, especialmente de Theologia, & le

tras sagradas, q̄ també o tenham, pera hũs,
& outros se saberẽ resguardar, como con-
uem, nesta materia de liuros, na qual todo
bom resguardo, & cautela importa tanto à
conseruação de nossa sancta fè, & bõs co-
stumes. E esta nossa carta se publicará em
todas as cidades, & villas principaes destes
ditos Reynos, & Senhorios. E queremos q̄
ao treslado della, ainda impresso, asinado
pelos Inquisidores, & sellado com o sello
do S. officio, se dê inteira fè & credito: & o
mesmo se dê ao dito nouo catalogo, sen-
do asinado pelo P. Qualificador, & Reue-
dor do conselho geral da Inquisição, q̄ cõ-
ferio, & concordou os impressos per nos-
sa ordẽ, cõ o autẽtico de S. sanctidade. Da
da em Lisboa so nosso sinal, & sello, aos
12. de Dezẽbro de 1597. Bertolameu Fer-
nandez secretario do conselho geral a fez.

O Bispo Inquisidor geral.

CLEMENS
PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Sacrofanctum catholicæ fidei depositum, sinè qua Deo placere, aut æternam salutē consequi nemini licet, vt saluū in ecclesia Dei perpetuò conseruaretur, posterisq. inuiolatum traderetur, pastoralis Romanorū Pontificū vigilantia, summo semper studio, & cōtentione laborauit. Ipsi enim à Christo Domino, huius tam pretiosi depositi auctore, & illud fideliter custodiendi, & bonū semen patrisfamilias ab inimici hominis & zanijs discernendi, & ecclesiam salutarī doctrina ædificandi, præcipuā curā, summamq. potestātē, in beatissimo Petro. Apostolorū principe acceperunt. Quò circa sanctæ mem. Gelasius primus, & Greg. IX. alijq. complures Romani Pontifices, prædecessores nostri, zelo zelati pro domo Domini exercituū, vt hanc fidei catholicæ, doctrineq. integritatē, saluam, incorruptāq. in Ecclesia Dei retinerēt, Apostolici animi magnitudine, pro muro domus Israel, aduersus eiusdem
fidei

fidei hostes, se ipsos opposcentes, ne illorū dolis, & insidijs imprudentes, & simpliciores homines caperentur, lucē à tenebris, praua à rectis seiunxerunt, quæ sequenda, quæ cauenda essent, Christi fidelibus declararūt, probatos, laudabiles, orthodoxos libros, ab adulterinis, perniciosis, & apocryphis, singulari diligentia distinxerunt, postremò, hereticorū impia dogmata, & noxia, ac venenata scripta, Conciliorū decretis, Pontificijs cōstitutionibus, aut alio opportuno censure genere cōdemnarunt. Sed cum nostris hisce calamitosis, & nouissimis temporibus, antiquus humani generis hostis, à sua malitia nunquam recedens, ad eandem Catholicam doctrinā, & veritatē labefactandam pestiferas hæreses, & detestabiles errores, aut novos constasset, aut veteres ex inferis, excitasset, sacra Tridentina Synodus, pestilentē noxiorū librorum copiā, quæ plus nimio excreuerat, coercere, atque auferre cupiens, primū quidem, doctissimos aliquot viros delegit, qui de tota ea re cognoscerent, & deliberarēt, deinde verò cum ij in negotio non parū progressi essent, iustis de causis, eadem Synodus permota, ad ipsam Apostolicā Sedem, integram rem deferendā statuit. Ita q. fel. rec. Pius

Papa

Papa quartus prædecessor noster, qui tunc da Ec-
clesiæ gubernacula sedebat, Prælati quibusdā
doctrina, & prudentia præstantibus, adhibitis, In-
dicem librorū prohibitorū, & Regulas quasdā,
per suas literas in forma Breuis, promulgauit, &
eiusmodi noxiorū librorū detrimētis depellendis,
opportunē prouidit. Ceterū, licet illa pro tēporis
ratione prudēter fuerint tunc constituta, tamē cū
Sathanae astutia, in huiusmodi librorū editione,
noua in dies mala crescerent (nā post illud tēpus
alij etiā libri perniciosi partim cōscripti, atq. edi-
ti, partim qui scripti erāt, & antea delituerāt, in
mediū prodire, quorū lectione simplices, & in-
cauti homines, in errores induci facile poterant)
propterea piæ me. Sixtus Papa quintus prædeces-
sor noster, multis illustratis, atq. ad regulas adie-
ctis necessarijs rebus, mādauit, vt nōnulli alij e-
iusdem generis libri, eidē Indici adderētur. Verū
cum idē Syxtus, re minimē absoluta, ab humanis
excesserit. Nos animarū saluti, quantū cū Dño
possumus, consulētes, quod iam pridē uiliter coe-
ptū, & à multis diu desideratū erat, hoc tempore
omnino perficiendū, atq. in lucē edendū duximus.
Venerabili igitur fratri nostro Marco Antonio
Episcopo Prænestino de Colūna, & dilectis filijs

nostris Augustino Săcti Marci de Verona, Simeo
ni Sancte Anastasie de Terranova, Hieronymo
Sanctae Mariae super Mineruā Aesculano, Federi
co Săctae Mariae angelorū in thermis Borromaeo,
Francisco Săctae Mariae Transpōtinæ Toletō, ti
tolorū, presbyteris, necnō Afcancio Săctae Mariae
in Cosmedin de Colūna diacono, Cardinalibus, su
per huiusmodi Indice per nos deputatis, aliisque
pijs, & eruditis viris in consiliū adhibitis, ea om
nia, ac singula, quae à Sixto quinto, vt supra dixi
mus, instituta erāt, diligenter examināda, cōmisi
mus. Quae cū magno studio visa, ac Deo fauēte, de
mū absoluta fuerint. Nos tam eandē Pij praede
cessoris Constitutionē, & Indicē, ac Regulas, quo
rū omniū tenores haberi volumus pro expressis,
quā hęc ipsa illis addita, prout inferius descri
pta sunt, omnia, & singula, auctoritate Apostoli
ca, tenore praesentium, approbamus, & praesentis
scripti patrociniō cōmunimus, atq. ab omnibus,
tā Vniuersitatibus, quā singularibus personis
vbiq. locorū existētibus, sub eisdē poenis in dicta
Pij Cōstitutione cōtentis, obseruari praecipimus,
& mādamus. Quo autē facilius negotiū, cū pro
hibitionis, tum expurgationis, & impressionis li
brorū peragatur, eas omnes facultates, priuilegia,

& indulta, quae recol. mem. Pius quintus, Magi-
 stro sacri palacij primū, deinde Gregorius deci-
 mus tertius, & Sixtus quintus, Cardinalibus Con-
 gregationis praedictae cōcesserunt, quorū tenores
 hic volumus haberi pro expressis, cōfirmamus, &
 quatenus opus est, innouamus, in his omnibus,
 quae additis in hoc Indice, nō aduersantur. Volu-
 musq. propterea, ac decernimus, vt si quae in po-
 sterū dubitationes, aut controuersia, circa ipsum
 Indicē, illiusq. Regulas, aliaq. illis addita emerse-
 rint, ad Congregationē supradictorū Cardinaliū,
 seu aliorū, qui pro tempore super Indice huiusmo-
 di deputati fuerint, referantur, & ex sentētia eo-
 rundem Cardinaliū nobis, aut successoribus no-
 stris, si rei grauitas id postulauerit, consultis, de-
 clarentur, & decidentur, quorū auctoritatē, cūm
 permittendis, tū prohibendis, expurgādis, & im-
 primendis libris, alijsq. ad eā rem pertinentibus,
 explicandis, volumus esse praecipuā, atq. ita man-
 damus ab omnibus venerabilibus fratribus no-
 stris Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, alijs
 que locorū Ordinarijs, & dilectis filijs Inquisito-
 ribus, Vniuersitatibus, magistris, doctoribus, bi-
 bliopolis, impressoribus, mercatoribus, gabellarijs
 ceterisq. omnibus cuiuscunq. gradus, ordinis, aut

dignitatis, tã Ecclesiasticis secularibus, vel regu-
laribus, quã laicis, quocũq. honore, vel dignitate
præditis, inuolabiliter obseruari. Nõ obstatibus
Apostolicis, ac in vniuersalibus, Prouincialibus,
& synodalibus cõcilijs, editis, generalibus, vel spe-
cialibus Constitutionibus, & ordinationibus, ac
quibusuis statutis, & consuetudinibus, etiã iura-
mento, cõfirmatione Apostolica, vel quauis firmi-
tate alia roboratis, priuilegijs quoq. indultis, & li-
teris Apostolicis, sub quibuscũq. tenoribus, & for-
mis in contrariũ præmissorũ concessis, confirma-
tis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, &
singulis, etiã si pro illorũ sufficiẽti derogatione,
de illis, eorũq. totis tenoribus, specialis, specifica,
& ad verbũ inserta mentio habenda esset, teno-
res huiusmodi præsentibus pro expressis habent-
es, hac vice dũtaxat, specialiter, & expressẽ dero-
gamus, cæterisq. contrarijs quibuscũq. Decernen-
tes earundẽ præsentium exẽplis, etiã impressis, No-
tarij publici manu subscriptis, & sigillo Prælati
alicuius Ecclesiastici obsignatis, eandẽ haberi fi-
dem, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forẽt ex-
hibitæ, vel ostẽsæ. Dat. Tusculi, sub Annulo Pis-
catoris, Die 17. Octob. M. D. XCV. Põtificatus
nostri anno 4. M. Vestrius Barbianus.

PIVS PAPA IIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

DOMINICI gregis custodia, Domino disponente, præpositi, vigilis more pastoris, nõ desistimus, ipsi gregi ab imminētibus periculis, quāta maxima possumus cura, & diligentia præcauere, ne propter negligentiam nostram pereant oues, quæ pretiosissimo Domini nostri Iesu Christi sanguine sunt redemptæ. Etsi autem quæ ad fidei veritatem patefaciendam, & ad horum temporum hæreses confundandas pertinebant, in oecuménico, & generali concilio Tridentino, sancti Spiritus assistente gratia, nuper adeò enucleata, ac definita fuerunt, vt facile iam sit vnicuiq; sanam, catholicamq; doctrinam, à falsa, adulterinaq; internoscere; tamen cum librorum ab hæreticis editorum lectio, nõ modò simplices ho-

A mines

mines corrumpere soleat, verum sæpè
etiam doctos, eruditosq; in varios erro-
res, & à veritate fidei catholicæ alienas
opiniones inducere; huic quoq; rei esse
duximus providendum. Cum autem
aptissimum ei malo remedium esse sci-
remus, si cõponeretur, atque ederetur
Index, siue catalogus librorum, qui vel
hæretici sint, vel de hæretica prauitate
suspecti, vel certè moribus, & pietati no-
ceant: id negotium ad sacram Tridenti-
nam Synodum reieceramus. Ea verò ex
tanta Episcoporum, & aliorum doctis-
simorum virorũ copia delegit ad eum
conficiendum indicẽ, multos cùm do-
ctrina, tum iudicio insignes Prelatos, ex
omnibus ferè nationibus; qui quidem
non sine maximo labore, plurimisque
vigilijs eum indicem tandem, Deo iu-
uante, perfecerunt, adhibitis etiam in
consilium lectissimis quibusdã Theo-
logis. Peracto autem Concilio, cum
ex ipsius Synodi decreto, is Index nobis
oblatus fuisset, vt ne ante ederetur, quã
a no-

8
a nobis approbatus fuisset, nos doctissimis quibusdā, probatissimisque Prælatibus eum accuratissimè legendū, examinandūque tradidimus, & ipsi etiā legimus. Cū igitur eū magno studio, acri iudicio, diuturna cura confectū, & præterea cōmodissimè digestū esse cognouerimus: nos salutari animarū consulere, eamque ob causam providere cupientes, ne libri, & scripta cuiuscūque generis, quæ in eo improbātur, siue ut hæretica, siue ut de hæretica prauitate suspecta, siue ut pietati, ac morū honestati inuutilia, aut aliqua correctione saltē indigētia, posthac à Christi fidelibus legātur, ipsū indicē, vna cū regulis ei prepositis, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, imprimique, ac diuulgari, & ab omnibus Vniuersitatibus catholicis, ac quibuscūque alijs, vbique suscipi, easque Regulas obseruari mandamus, atque decernimus: Inhibentes omnibus, & singulis, tam Ecclesiasticis personis Sæcularibus, & Regularibus, cuiuscunque gradus, ordinis,

mines corrumpere soleat, verum sæpè
etiam doctos, eruditosq; in varios erro-
res, & à veritate fidei catholicæ alienas
opiniones inducere; huic quoq; rei esse
duximus providendum. Cum autem
aptissimum ei malo remedium esse sci-
remus, si cõponeretur, atque ederetur
Index, siue catalogus librorum, qui vel
hæretici sint, vel de hæretica prauitate
suspecti, vel certè moribus, & pietati no-
ceant: id negotium ad sacram Tridenti-
nam Synodum reieceramus. Ea verò ex
tanta Episcoporum, & aliorum doctif-
simorum virorũ copia delegit ad eum
conficiendum indicẽ, multos cùm do-
ctrina, tum iudicio insignes Prelatos, ex
omnibus ferè nationibus; qui quidem
non sine maximo labore, plurimisque
vigilijs eum indicem tandem, Deo iu-
uante, perfecerunt, adhibitis etiam in
consilium lectissimis quibusdã Theo-
logis. Peracto autem Concilio, cum
ex ipsius Synodi decreto, is Index nobis
oblatus fuisset, vt ne ante ederetur, quã

municari possint, per literas Apostolicas, non faciētes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem. Vt hæc autem ad omnium notitiā perueniant, neue quis excusatione ignorationis vti possit, volumus, & mandamus, vt hæc literæ per aliquos curiæ nostræ cursores in basilica Vaticana, Principis Apostolorum, & in Ecclesia Lateranensi tunc, cum in eis populus, vt missarū solemnibus intersit, congregari solet, palam, & clara voce recitentur, & postquam recitate fuerint, ad valuas earum Ecclesiarū, itemq. Cancellariæ Apostolicæ, & in loco solito Capi Floræ affigantur: ibiq; vt legi, & omnibus innotescere possint, aliquantisper relinquuntur. Cum autem inde amouebuntur, earum exempla in iisdem locis affixa remaneant. Nos enim per recitationem hæc, publicationem, & affixionem, omnes, & singulos, qui his literis comprehenduntur, post tres mēses, à die publicationis, & affixionis earum,

numerandos, volumus perinde astringitos, & obligatos esse, ac si ipsismet ille editæ, lectæque fuissent. Transumptis quoq. earum, quæ manu alicuius publici Notarij scripta, subscriptaue, & sigillo, ac subscriptione alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, munita fuerint, fidem sine vlla dubitatione haberi mandamus, atque decernimus.

Dat. Romæ apud S. Petrû sub Annulo Piscatoris, die xxiiij. Martij MDLXIII.

Pontificatus nostri Anno Quinto.

Antonius Florebellus Lanellinus.

P R Æ F A T I O

I N I N D I C E M

L I B R O R V M P R O H I -

b i t o r u m .

Confectum à deputatione Tridentinæ

Synodi R. P. B. Francisci Forerij, Ord.

Fratrum Præd. S. T. Professoris,

& eiusdem Deputationis

Secretarij

Cum

10

Cum Sancta oecumenica Tridentina Synodus, ijs rationibus adducta, quæ in secunda sessionis Decreto sub Beatissimo Pio Quarto Pont. Max: explicatæ sunt, censuisset, ut Patres aliquot, ex omnibus serè nationibus delecti, de librorum censuris quid statuendum esset, diligenter cogitarent, in eam tandem sententiam, post diuturnam deliberationem venerunt, ut iudicaret nihil utilius fieri posse, quam si Romanus ille prohibitorum librorum Index, ab Inquisitoribus Romæ postremo confectus, paucis tantum demptis, atq; etiam additis, retineretur, quippe qui cū magna maturitate à multis viris doctis cōpositus, plurimos cōprehendat auctores, atque in ordinē satis cōmodū digestus esse videatur.

Quoniam verò intelligebant, propterea in aliquibus Prouincijs, ac locis hæcenus eū Indicem receptum non esse, quod in eo quidam libri prohiberentur, quorum lectione viri docti priuati, magno incōmodo afficerentur, atq; animaduertentes etiam, in eo esse nonnulla parū explicatè posita, quæ interpretatione indigerent, re multū diuq; deliberationibus agitata,

ac viris etiam ex omni natione, Theologicae fa-
cultatis scientissimis, in consilium adhibitis,
subiectas Regulas componendas iudicarunt,
vt quoad eius fieri posset, dictorum hominum
commodis, & studiis, salua veritate, ac reli-
gione, prospiceretur.

Illud igitur in primis obseruare oportet, vnā
quāq; penē alphabeti literā, tres habere classes.

In prima non tam libri, quā librōrū scri-
ptores, continentur, qui aut haeretici, aut nota
haeresis suspecti fuerunt; horum enim Catalo-
gum fieri oportuit, vt omnes intelligant, eo-
rum scripta, non edita solum, sed edenda etiā,
prohibita esse.

Sed illud etiam animaduertendū est, quod
licet multi praeterea sint, qui iustissimis de cau-
sis in hanc classē referri poterant, Patribus
tamen non is fuit animus, aut ad eorum perti-
nebat institutum, vt eos ad vnum perquirerēt,
sed iis penē contenti fuere, qui in Romano Ca-
talogo descripti sunt, de aliis verō eiusdem ge-
neris auctoribus, idem ab Ordinariis, & In-
quisitoribus statuendum esse existimarunt.

In secundam Classē non auctores, sed
libri

libri sunt relati, qui propter doctrinam, quam continent, non sanam, aut suspectam, aut quæ offensionem etiam in moribus tantum, fidelibus afferre potest, reijciuntur, etiam si auctores, à quibus prodire, ab Ecclesia nunquam descuerunt.

Tertia verò, & ultima classis, eos libros cōplectitur, qui sine scriptoris nomine exierunt in vulgus, & eam doctrinam continent, quam Romana Ecclesia tanquam catholice fidei, aut morum integritati contrariā, refutandam ac repellendam esse decernit.

Non enim omnes libros, qui nomen auctoris non præferunt, damnandos putarunt: quandoquidem sæpè viros doctos, ac Sanctos nouimus, vt Christiana quidem Resp. ex eorum vigilijs fructum caperet, ipsi verò inanem gloriam euitarent, libros optimos sine nomine edidisse, sed eos tantum, qui aut liquido prauam, aut dubiam fidei doctrinam, sine moribus perniciosam continent.

At verò, qui sint huiusmodi, aut tales censi debeant, præter eos, qui in hoc Catalogo descripti sunt, Episcopi, & Inquisitores unā

ciem Theologorum catholicorum consilio diu
dicabunt.

Sed propter nostrorum temporum malitiã,
ne in posterũ libri sine nomine auctoris edan-
tur, decreto quartę sessionis Tridentini Con-
cilij, sub sel. rec. Paulo III. quod incipit. Sed
& impressoribus, &c. prouisum est.

REGVLA I.

LIBRI omnes, quos ante annum
MDXV. aut summi Pontifices, aut
Concilia œcumenica damnarunt, & in
hoc Indice non sunt, eodẽ modo dam-
nati esse censeantur, sicut olim damna-
ti fuerunt.

REGVLA II.

Heresiarcharum libri, tam eorũ, qui
post prædictum annum, hæreses in-
uenerunt, vel suscitauerunt, quã qui hæ-
reticorum Capita, aut Duces sunt, vel
fuerunt, quales sunt, Lutherus, Zvvin-
glius

12
gius, Calvinus, Balthasar Pacimontanus, Schvencfeldius, & his similes, cuiuscunq; nominis, tituli, aut argumenti existant, omnino prohibentur.

Aliorum autem hæreticorum libri, qui de religione quidē ex professo tractant, omnino damnantur.

Qui vero de religione non tractant, Theologis catholicis, iussu Episcoporum, & Inquisitorum examinati, & approbati, permittuntur.

Libri etiam catholice conscripti, tam ab illis, qui postea in heresim lapsi sunt, quam ab illis, qui post lapsum ad Ecclesie gremium rediere, approbati à facultate Theologica alicuius Yniversitatis catholice, vel ab Inquisitione generali, permitti poterunt.

REGVLA III

Versiones scriptorum etiam Ecclesiasticorum, quæ hactenus editæ sunt à dānatis auctoribus, modò nulli

contra sanam doctrinam contineant,
permittuntur.

Librorum autem veteris testamenti
versiones, viris tantum doctis, & pijs, iu-
dicio Episcopi cōcedi poterunt; modo
huiusmodi versionibus tanquam eluci-
dationibus vulgatæ editionis, ad intelli-
gendam sacram scripturam, non autem
tanquam sacro textu, vrantur.

Versiones vero noui testamēti, ab au-
ctoribus primæ classis huius Indicis fa-
ctæ, nemini concedantur, quia utilitatis
parum, periculi vero plurimum, lectori-
bus ex earum lectione manare solet.

Si quæ verò annotationes cū huius-
modi, quæ permittuntur, versionibus, vel
cum vulgata editione circumferuntur,
expunctis locis suspectis à facultate
Theologica alicuius Vniuersitatis catho-
licæ, aut Inquisitione generali, permitti
eisdem poterunt, quibus & versiones.

Quibus conditionibus totum volu-
men Bibliorum, quod vulgo Biblia Va-
tabli dicitur, aut partes eius, concedi vi-

13
ris pijs, & doctis poterunt.

Ex Biblijs verò Isidori Clarij Brixiani prologus & prologomena præcedantur; eius verò textum, nemo textum vulgare editionis esse existimet.

REGVLA III.

CVM experimento manifestum sit, si Sacra Biblia vulgari lingua, passim sine discrimine permittantur, plus inde ob hominum temeritatem, detrimeti, quam vtilitatis oriri, hac in parte iudicio Episcopi, aut Inquisitoris stetur, vt cum consilio Parochi vel Confessarij, Bibliorum à catholicis auctoribus versus lectionem in vulgari lingua eis concedere possint, quos intellexerint, ex huiusmodi lectione non damnum, sed fidei, atq; pietatis argumentum capere posse, quam facultatem in scriptis habeant.

Qui autem, absque tali facultate ea legere, præsumperit, nisi prius Biblijs

Or-

Ordinario redditis peccatorum absolu-
tionem percipere non possit.

Bibliopolaë verò qui prædictam fa-
cultatem non habenti, Biblia idiomate
vulgari conscripta vendiderint, vel alio
quouis modo concefferint, librorũ pre-
tium in vsus pios ab Episcopo conuer-
tendum, amittant; alijsq; pœnis pro de-
licti qualitate, eiusdem Episcopi arbi-
trio subiaceant.

Regulares verò, non nisi facultate à
Prælatiſ suis habita, ea legere, aut eme-
re possint.

REGVLA V.

Librilli, qui hæreticorum auctorum
opera interdum prodeũt, in quibus
nulla, aut pauca de suo apponunt, sed
aliorum dicta colligũt, cuiusmodi sunt
Lexica, Concordantia, Apophtegmata,
Similitudines, Indices, & huiusmodi, si
quæ habeant admixta, quæ expurgatio-
ne indigeant, illis, Episcopi, & Inquisi-

111
toris, vnà cum Theologorum catholico
rum cōsilio sublatis, aut emendatis per
mittantur.

REGVLA VI.

Libri vulgari idiomate, de controuer
sijs inter catholicos, & hæreticos nõ
stri tēporis, differentes, non passim per
mittantur, sed idem de ijs seruetur, quod
de Biblijs vulgari lingua scriptis statu
tum est.

Qui verò de ratione bene viuēdi, con
templandi, confitendi, ac similibus ar
gumentis vulgari sermone conscriptū
sunt, si sanam doctrinam contineant,
non est cur prohibeantur, sicut nec ser
mōnes populares, vulgari lingua habiti.

Quod si hætenus, in aliquo regno,
vel prouincia, aliqui libri sunt prohibi
ti, quod nonnulla continerent, quæ sine
delectu ab omnibus legi non expediat,
si eorum auctores catholici sunt, post
quã emendati fuerint, permitti ab Epif
copo, & Inquisitore poterunt.

Re

REGVLA VII.

Libri qui res lasciuas, seu obscenas, ex professò tractant, narrant, aut docèt, cum nò solùm fidei, sed & morum, qui huiusmodi librorù lectione facile corrumpi solent, ratio habèda sit, omnino prohibentur: & qui eos habuerint, seu e rē ab Episcopis puniantur.

Antiqui verò, ab ethnicis conscripti, propter sermonis elegantiam, & proprietatem, permittuntur, nulla tamen ratione pueris prælegendi erunt.

REGVLA VIII.

Libri quorum principale argumentũ bonum est, in quibus tamen obiter aliqua inserta sunt, quæ ad hæresim, seu impietatem, diuinationem, seu superstitionem spectant, a catholicis Theologis Inquisitionis generalis auctoritate expurgati, concedi possunt.

Idem iudicium sit de prologis, sum-
ma-

marijs, seu annotationibus, quæ à damnatis auctoribus, libris non damnatis, appositæ sunt; sed post hac non nisi emendati excudantur.

REGVLA IX.

Libri omnes, & scripta, Geomantiæ, Hydromantiæ, Aeromantiæ, Pyromantiæ, Onomantiæ, Chiromantiæ, Necromantiæ, siue in quibus continentur sortilegia, veneficia, auguria, auspicia, incantationes artis magicæ, prorsus reijciuntur.

Episcopi verò, diligenter provideant, ne Astrologiæ iudiciariæ libri, tractatus, indices, legantur, vel habeantur, qui de futuris contingentibus successibus, fortuitisue casibus, autijs actionibus, quæ ab humana voluntate pendent, certò aliquid euenturum affirmare audent.

Permittuntur autem iudicia, & naturales obseruationes, quæ navigationis, agriculturæ, siue medicæ artis iuuandæ gratia, conscripta sunt.

B Re-

REGVLA X.

IN librorum, aliarumue scripturarũ, im-
 pressionẽ seruetur, quòd in concilio La-
 teranensi sub Leone X. sessione decima,
 statutum est.

Quare si in alma vrbe Roma, liber ali-
 quis sit imprimendus, per Vicarium Sum-
 mi Pont. & sacri palatij Magistrũ, vel per
 sonas, à Sanctissimo Domino Nostro de-
 putandas, prius examinetur.

In alijs verò locis, ad Episcopum, vel a-
 lium habentem sciẽtiam libri, vel scriptu-
 ræ imprimendæ, ab eodem Episcopo de-
 putandum, ac Inquisitorem hæreticæ pra-
 uitatis, eius ciuitatis, vel diœcesis, in qua
 impressio fiet, eius approbatio, & examen
 pertineat, & per eorum manum propria
 subscriptione gratis, & sine dilatione im-
 ponendam, sub pœnis, & censuris, in eo-
 dem decreto contentis, approbetur, hac
 lege, & conditione addita, vt exemplum
 libri imprimendi authenticum, & manu
 auctoris subscriptum, apud Examinato-
 rem remaneat.

16
Eos verò, qui libellos manuscriptos vulgant, nisi ante examinati, probatique fuerint, iisdem pœnis subijci debere iudicarunt Patres deputati, quibus impressores: Et qui eos habuerint, & legerint, nisi auctores prodiderint, pro auctoribus habeantur.

Ipsa verò huiusmodi librorum probatio, in scriptis detur, & in fronte libri, vel scripti, vel impressi, authenticè appareat, probatioq. & examen, ac cætera gratis fiant.

Præterea in singulis ciuitatibus, ac diocesis, domus, vel loci, vbi ars impressoria exercetur, & bibliothecæ librorum venalium sæpius visitentur, à personis ad id deputandis ab Episcopo, siue eius Vicario, atque etiã ab Inquisitore hæreticæ prauitatis, vt nihil eorum quæ prohibentur, aut imprimatur, aut vendatur, aut habeatur.

Omnes verò librarij, & quicunque librorum venditores habeant in suis bibliothecis, indicem librorum venalium, quos habet, cum subscriptione dictarum

personarum, nec alios libros habeant, aut vendant, aut quacunq; ratione tradant, sine licentia eorundem deputatorum, sub pœna amissionis librorum, & alijs arbitrio Episcoporum, vel Inquisitorum imponendis, emptores verò, lectores, vel impressores, eorundem arbitrio puniantur.

Quod si aliqui libros quoscunq; in aliquam ciuitatem introducant, teneantur, ijsdem personis deputandis renunciare; vel si locus publicus mercibus eiusmodi constitutus sit, ministri publici eius loci, prædictis personis significant, libros esse adductos.

Nemo verò audeat, librum, quem ipse, vel alius in ciuitatem introduxit, alicui legendum tradere, vel aliqua ratione alienare, aut commodare, nisi ostenso prius libro, & habita licentia à personis deputandis, aut nisi notoriè constet, librum iam esse omnibus permissum.

Idem quoque seruetur, ab hæredibus, & exequutoribus vltimarum voluntatum,

17
vt libros à defuncto relictos, siue eorum
indicem, illis personis deputandis offerat,
& ab ijs licentiam obtineant, priusquam
eis vtantur, aut in alias personas, quacūq;
ratione eos transferant.

In his autem omnibus, & singulis, pœ-
na statuatur, vel amissionis librorum, vel
alia, arbitrio eorundem Episcoporum, vel
Inquisitorum, pro qualitate contumaciæ,
vel delicti.

Circa verò libros, quos Patres deputa-
ti, aut examinarunt, aut expurgarunt, aut
expurgandos tradiderunt, aut certis con-
ditionibus, vt rursus exenderentur, conces-
serunt, quidquid illos statuisse constiterit,
tam bibliopolæ, quàm cæteri obseruent.

Liberum tamen sit Episcopis, aut In-
quisitoribus generalibus, secundum facul-
tatem quàm habent, eos etiam libros, qui
his Regulis permitti videntur, prohibere,
si hoc in suis regnis, aut prouincijs, vel dice-
cesibus expedire iudicauerint.

Cæterum nomina, cum librorum, qui
à Patribus deputatis purgati sunt, tum eo

rum, quibus illi hanc prouinciam dede-
runt, eorūdem deputatorum Secretarius,
Notario sacre vniuersalis Inquisitionis Ro-
manę, descripta, Sanctissimi Domini No-
stri iussu tradidit.

Ad extremum verò omnibus fidelibus
præcipitur, ne quis audeat contra harum
Regularum præscriptum, aut huius Indi-
cis prohibitionem, libros aliquos legere,
aut habere.

Quòd si quis libros hæreticorum, vel
cuiusuis auctoris scripta, ob hæresim, vel
ob falsi dogmatis suspicionem, damnata,
atque prohibita, legerit, siue habuerit, sta-
tim in excommunicationis sententiam in-
currat.

Qui verò libros, alio nomine interdi-
ctos legerit, aut habuerit, præter peccati
mortalis reatum, quo afficitur, iudicio E-
piscoporum seuerè puniatur.

Ob-
Ceterum nemine cum librorum, qui
a Patribus debentur purgari sunt cum eo

OBSERVATIO.

Circa quartam Regulam.

ANimaduertendum est circa supra scriptam quartam regulam In. l. icis. fel. rec. Pij Pape III. nullam per hanc impressionem, & editionem de nouo tribui facultatem Episcopis, vel Inquisitoribus, aut Regularium superioribus, concedendi licentiam emendi, legendi, aut retinendi Biblia vulgari lingua edita, cum hactenus mandato, & vsu Sancte Romane, & vniuersalis Inquisitionis sublata eis fuerit facultas concedendi huiusmodi licentias legendi, vel retinendi Biblia vulgaria, aut alias sacre scripture tam noui, quam veteris testamenti partes quauis vulgari lingua editas, ac insuper summaria & compendia etiam historica eorundem Bibliorum, seu librorum sacre scripture, quocumque vulgari idiomate conscripta: quod quidem inuiolate seruandum est.

Circa nonam Regulam

Circa Regulam ix. eiusdem Indicis, ab Episcopis, & Inquisitoribus Christifideles sedulo admonendi sunt, quod in legentes, aut retinentes contra regulam hanc, libros huiusmodi Astrologiae iudiciariae, diuinationum, & sortilegiorum, rerumq; aliarum in eadem Regula expressarum, procedi potest, non modo per ipsos Episcopos, & Ordinarios, sed etiam per Inquisitores locorum ex constitutione fel. rec. Sixti Papae Quinti contra exercentes Astrologiae iudiciariae artem, & alia quaecunque diuinationum genera, librosq; de eis legentes, ac tenentes, promulgata, sub Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicae M. D. LXXXV. Nonis Ianuarij, Pontificatus sui, anno primo.

De Thalmud, & alijs libris
Hebraeorum.

Quamuis in tertia classe Indicis predicti Pij Papae III. sub littera T. Thalmud
He-

Hebræorum, eiusq. glossæ, annotationes, inter-
 pretationes, & expositiones omnes prohibeantur;
 sed quòd si absque nomine Thalmud, & sine in-
 iurijs, & calumnijs in Religionem Christianã
 aliquando prodijissent, tolerarentur: quia tamen
 Sanctissimus Dominus Noster Dominus Cle-
 mens Papa VIII. per suam constitutionem con-
 tra impia scripta, & libros Hebræorum, sub
 Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno
 Incarnationis Dominicæ M.D. LXXXII.
 pridie Kal. Martij Pontificat. sui, anno secun-
 do, illos prohibuit atque damnavit: mens ipsius
 non est, eos propterea vllatenus, etiam sub illis
 conditionibus permittendi, aut tolerandi; sed spe-
 cialiter, & expresse statuit, & vult, vt huiusmo-
 di impij Thalmudici, Cabalistici, alijq. nefarij
 Hebræorum libri omnino damnati, & prohibi-
 ti maneant, & censeantur, atque super eis, & a-
 lijs libris huiusmodi, prædicta constitutio perpe-
 tuò, & inuiclabiliter obseruetur.

De

De libro Magazor.

ADhæc sciant Episcopi, Ordinarij, & In-
quisitores locorum, librum Magazor He-
bræorum, qui continet partem officiorum, & cæ-
remoniarum ipsorum, & Synagoga, Lusitanica,
Hispanica, Gallica, Germanica, Italica, aut qua-
uis alia vulgari lingua, præterquam Hebræa
editum, iamdiu ex speciali decreto rationabiliter
prohibitum esse. Idcirco provideant illum nul-
latenus permitti, aut tolerari debere, nisi Hebrai-
ca lingua prædicta.

De libris Ioannis Bodini.

Cum in appendice secundæ classis sub litte-
ra I. dicatur (Ioannis Bodini Andegauen-
sis Demonomania omnino prohibetur, liber verò
de Republica, & Methodus ad facilem historia-
rum cognitionem tandiù prohibita sint, quousque
ab auctore expurgata, cum approbatione Magi-
stri sacri Palatii prodierint.) Id quidem per er-
rorem fortasse librarij factum creditur: nam li-
ber de Republica eiusdem Ioannis Bodini, pri-
mum

*minim die xv. Mensis Octobris. M. D. XCII.
deinde liber Demonomania die primo Mensis Se-
ptembris. M. D. XCIII. ab eodem Sanctissi-
mo Domino nostro Papa simpliciter damnati
sunt; ac proinde vterque damnatus & prohibi-
tus censendus est.*

I N S T R U C T I O E O R U M,

qui libris tum prohibendis, tum ex-
purgandis, tum etiam impri-
mendis, diligentem, ac fide-
lem (vt par est) operam
sunt daturi.

AD Fidei Catholicæ conseruationem,
non satis est, qui nam ex iam editis
libris damnatæ lectionis sint, cognoscere
(quod Indice, & Regulis confectis per Pa-
tres à generali Tridētina synodo delectos,
præcipuè sancitū est) nisi illud etiā cauea-
tur, ne vel ijdē denuo pullulent libri vel si-
miles alij emergant, & propagentur, qui in
cautas fidelium mentes occulto veneno
inf-

inicientes, iusta, ac merita damnatione digni iudicentur.

Vt igitur, quicumq; posthac, seu veteres, seu noui libri edentur, quàm maximè puri, & tam in ijs, quæ ad fidè, quàm quæ ad mores pertinent, incontaminati existant; quid circa malorum librorum interdictionem, ad eos penitus abolendos, tam ab Episcopis, & Inquisitoribus, quàm à ceteris, quorum ad id in Ecclesia Dei studiũ valere, & auctoritas potest; (præter ea quæ Tridentinorum Patrum Regulis supradictis decreta sunt) publica vtilitas exigat, capitibus infra positis diligentius sancitur, ijsdèq; statuitur, quæ omnino in posterũ, tum ab ijsdè Episcopis, & Inquisitoribus, alijsque, vt præfertur, in malorũ librorum interdictione, & abolitione, tum à Correctoribus in librorũ, ac cæterorũ quorumcunq. scriptorum correctione, atque emendatione, tum à Typographis, in ipsorũ librorũ impressione (pœna pro arbitrio Episcopi, & Inquisitoris aduersus eosdè Typographos cõstituta) inuiolatè sunt obseruanda.

De

DE PROHIBITIONE LI-
brorum. §. j.

CVrent Episcopi, & Inquisitores, vt sta-
tim, atque hic Index fuerit publica-
tus, eorum iurisdictioni subiecti, ad ipsos
descripta singillatim deferant nomina li-
brorum omnium, & singulorum, quos a-
pud se in eodem Indice prohibitos, quis-
que reperiet.

Ad huiusmodi verò libros sic significan-
dos, infra certum tempus ab Episcopo, vel
Inquisitore præscribendum, omnes cuius-
cunque gradus, & conditionis extiterint,
sub graui pœna, eorum arbitratu infligen-
da teneantur.

Romæ verò hæc omnia certo à se, pro-
positis edictis, præscribendo tempore, præ-
stari curabit Sac. Pal. Magister.

SI qui erunt, qui librum vnum, aut plu-
res, ex prohibitis, qui ad præscriptum
regularum permitti possunt, certa aliqua
ex causa, potestatem sibi retinendi, aut le-
gendi

gendi fieri, ante expurgationem desiderant: concedendæ facultatis extra Urbem, ius erit penes Episcopum, aut Inquisitorem, Romæ, penes Magistrum sacri palatii.

Qui quidem, gratis eam, & scripto manu sua subsignato tribuent, de triennio in triennium renouandam; ea in primis adhibita consideratione, vt non nisi viris dignis, ac pietate, & doctrina cõspicuis, cum delectu, eiusmodi licentiam largiantur, ijs autem in primis, quorum studia, vtilitati publicæ, & sanctæ catholicæ Ecclesiæ vsui esse, compertum habuerint.

Qui inter legendum, quæcunq. repererint animaduersione digna, notatis capitibus, & folijs, significare Episcopo, vel Inquisitori teneantur.

¶. iij.

[L]ud etiam catholicæ fidei conseruandę necessitas extra Italiam, maximè cum ab Episcopis, & Inquisitoribus, tum a publicis Vniuersitatibus omni doctrinæ laude florentibus postulat, vt eorū librorum

Indi-

Indicem confici, & publicari curent; qui per eorum regna, atque prouincias, hæretica labe infecti, ac bonis moribus contrarij, vagantur, siue illi propria nationis, siue aliena lingua, conscripti fuerint.

Vtque ab eorum lectione, seu retentione, certis pœnis, ab eisdem Episcopis, & Inquisitoribus, propositis eorundem regnorum, ac prouinciarum homines arceant.

Ad quod exequendum, Apostolicæ sedis Nuntij, & Legati extra Italiã, eosdem Episcopos, Inquisitores, & Vniuersitates, sedulo excitare debebunt.

§. iiii.

Idem Apostolici extra Italiam Nuntij, siue Legati, nec non in Italia, Episcopi, & Inquisitores, eam curam suscipient, vt singulis annis, catalogum diligenter collectum librorum in suis partibus impressorum, qui aut prohibiti sint, aut expurgatione indigeant, ad sanctam sedem Apostolicam, vel congregationem Indicis, ab illa deputatam, transmittant.

Epi-

imp. manus in illis q. v. in hoc inuolub.
E Piscope, & Inquisitores, seu ab iisdem
subdelegati, & deputati, tam in Italia,
quàm extra, penès se habeant singularum
nationum Indices, vt librorum, qui apud
illas damnati, ac prohibiti sunt, cogniti-
onem habentes, facilius prospicere possint,
an etiam, à suæ iurisdictionis terris, eosdè
recognitos, arcere, vel retinere debeant.

§. vj.

IN vniuersum autem de malis, & perni-
ciosis libris id declaratur, atque statui-
tur, vt qui certa aliqua lingua initio editi,
ac deinde prohibiti, ac damnati à Sede A-
postolica sunt; eosdem quoque, in quam-
cunque postea vertantur linguam, cense-
ri, ab eadem Sede, vbique gentium, sub
eisdem pœnis interdictos, & damnatos.

**DE CORRECTIONE LI-
brorum.** §. j.

HAbeant Episcopi, & Inquisitores con-
iunctim facultatem, quoscunque li-
bros

23
broſ iuxta præſcriptum huius Indicis, expurgandi, etiam in locis exemptis, & nullius, vbi vero, nulli ſunt Inquiſitores, Epiſcopi ſoli.

Librorum verò expurgatio, non niſi viris eruditione, & pietate inſignibus committatur, ijq. ſint tres, niſi forte conſiderato genere libri, aut eruditione eorum, qui ad id deligentur, plures, vel pauciores iudicentur expedire.

Vbi emendatio conſecta erit, notatis capitibus, paragraphis, & folijs, manu illius, vel illorum qui expurgauerint, ſubſcripta, reddatur eiſdem Epiſcopis, & Inquiſitoribus, vt præfertur, qui ſi emendationem approbauerint, tunc liber permittatur.

ſ. ij.

Qui negotium ſuſceperit corrigendi, atque expurgandi, circūſpicere omnia, & attente notare debet, non ſolum, quæ in curſu operis, manifeſtè ſe offerunt, ſed, ſi quæ in ſcholijs, in ſummarys, in marginibus, in indicibus librorum, in præfationibus

C

nibus

nibus, aut epistolis dedicatorijs, tanquam
in insidijs, delitescunt.

Quæ auté correctione, atque expurga-
tione indigét, ferè hæc sunt, quæ sequuntur.

Propositiones hæreticæ, erroneæ, hæresim
sapientes, scandalosæ, piarum aurium of-
fensivæ, temerariæ, schismaticæ, seditiosæ,
blasphemæ.

Quæ contra sacramentorum ritus, &
ceremonias, contraq. receptum vsum, &
consuetudinem sanctæ Romanæ Ecclesiæ,
nouitatem aliquam inducunt.

Profanæ etiâ nouitates vocû ab hereti-
cis excogitatæ, & ad fallendû introductæ.

Verba dubia & ambigua, quæ legentiû
animos, à recto, catholicoq. sensu, ad nefa-
rias opiniones adducere possunt.

Verba sacræ scripturæ, non fideliter pro-
lata, vel è prauis hæreticorum versionibus
deprompta; nisi fortè afferrentur, ad eos-
dem hæreticos impugnandos, & proprijs
telis iugulandos, & conuincendos.

Expungi etiam oportet verba scriptu-
ræ sacræ quæcunque ad profanum vsum

244
impiè accommodantur, tum quæ ad sen-
sum detorquentur abhorrentem à Catho-
licorum patrum, atque doctorum vnani-
mi sententia.

Itemq. epitheta honorifica, & omnia in
laudem hæreticorum, deleantur.

– Ad hæc reijciuntur omnia, quæ supersti-
tiones, sortilegia, ac diuinationes sapiunt.

– Itē quæcunq. fato, aut fallacibus signis,
aut ethnica fortune, humani arbitrij liber-
tatem subijciunt, obliterentur.

– Ea quoq. aboleantur, quæ paganismum
redolent.

– Item quæ famæ proximorum, & præ-
sertim ecclesiasticorum, & Principum de-
trahunt; bonisque moribus, & Christianæ
disciplinæ, sunt contraria, expungantur.

– Expurgandæ sunt etiam propositiones,
quæ sunt contra libertatem, immunitatē,
& iurisdictionem ecclesiasticam.

– Itē quæ ex gentiliū placitis, moribus, exē-
plis tyrānicā politia fouēt, & quæ falso vo-
cant rationē status, ab Euāgelica, & Chri-
stiana lege abhorrentē inducūt, deleantur.

Explodantur exempla, quæ Ecclesiasticos ritus, religiosorum ordines, statum, dignitatem, ac personas lædunt, & violent.

Facetiæ etiam, aut dicteria, in pernitiæ, aut præiudicium famæ, & existimationis aliorum iactata, repudientur.

Deniq. lasciuia, quæ bonos mores corrumpere possunt, deleantur.

Et si quæ obscenæ imagines, prædictis libris expurgandis impressæ, aut depictæ extent, etiam in literis grandiusculis, quas initio librorum, vel capitum imprimi moris est; huius generis omnia penitus obli-
terentur.

§. iij.

IN libris autem catholicorum recentiorum, qui post annum Christianæ salutis M.D.XV. conscripti sunt, si id, quod corrigendum occurrit, paucis demptis, aut ad ditis, emendari posse videatur, id Correctores faciendum curent, sin minus, omnino deleatur.

imp. ... §. iij.

IN libris autem catholicorum veterum, nihil mutare fas sit, nisi, vbi aut fraude haereticorum, aut typographi incuria, manifestus error irrepserit.

Si quid autem maioris momenti, & animaduersione dignum occurrerit, liceat in nouis editionibus, vel ad margines, vel in scholijs adnotare; ea in primis adhibita diligentia, an ex doctrina, locisq. collatis, eiusdem auctoris sententia difficilior illustrari, ac mens eius planius explicari possit.

§. v.

Postquam codex expurgatorius confectus erit, ac mandato Episcopi & Inquisitoris impressus: qui libros expurgandos habebunt, poterunt de eorundem licentia, iuxta formam in codice traditam, eos corrigere, ac perpurgare.

DE IMPRESSIONE LI-

brorum.

§. j.

C3

Nul-

Nullus liber in posterū excudatur, qui non in fronte nomen, cognomen, & patriam præferat auctoris.

Quòd si de auctore non constet, aut iustam aliquā ob causam, tacito eius nomine, Episcopo, & Inquisitori liber edi posse videatur, nomen illius omnino describatur, qui librum examinauerit, atque approbauerit.

In his verò generibus librorum, qui ex variorum scriptorum dictis, aut exemplis, aut vocibus, compilari solent, is qui laborem colligendi, & compilandi susceperit, pro auctore habeatur.

§. ij.
Regulares præter Episcopi & Inquisitoris licentiam (de qua regula decimā dictum est) meminerint, teneri se sacri concilij Tridentini decreto, operis in lucem e dendi facultatem, à Prælato, cui subiacent, obtinere.

Utramque autem concessionē, quæ appareat, ad principium operis, imprimi faciant.

capitulum ius s. iij.

CVrent Episcopi, & Inquisitores, pœnis etiam propositis, ne impressoriam artem exercêtes, obscœnas imagines, turpes ue, etiam in grandiusculis literis imprimi consuetas, in librorum deinceps impressione apponant.

Ad libros verò qui de rebus ecclesiasticis, aut spiritualibus cõscripti sunt, nè characteribus grandioribus vtatur, in quibus expressè appareat alicuius rei prophanæ, nedum turpis, obscœnæue species.

Qui etiam inuigilabũt summopere, vt in singulorum impressione librorum, nomen impressoris, locus impressionis, & annus, quo liber impressus est, in principio eius, atque in fine annotetur.

s. iiij.

Qui operis alicuius editionem parat, integrum eius exemplar exhibeat Episcopo, vel Inquilitori; id vbi recognouerint, probauerintq. penes se retineant; quod Romæ quidem in archiuo Magistri sacri palatii, extra Vrbem verò, in loco

idoneo, quem Episcopus, aut Inquisitor
elegerit, reseruetur.

Postquam autem liber impressus erit,
non liceat cuiquam venalé in vulgus pro
ponere, aut quoquomodo publicare, ante
quam is, ad quem hæc cura pertinet, illum
cum manuscripto apud se retento, dili-
genter contulerit, licentiamq. vt vendi, pu-
blicariq. possit, concesserit.

Idque tum demum faciendum, cum ex-
ploratum habebitur, typographum fide-
liter se in suo munere gessisse, neque ab
exemplari manu scripto, vel minimum
discessisse.

Qui contrafacere ausus fuerit, grauitur
& seuerè puniatur.

CVrent Episcopi, & Inquisitores, quo-
rum muneris erit facultatē libros im-
primendi, concedere, vt eis examinandis,
spectatæ pietatis, & doctrinæ viros adhi-
beant, de quorum fide, & integritate sibi
polliceri queant, nihil eos gratiæ daturus,
nihil odio, sed omni humano affectu post-
ha-

habito, Dei dumtaxat gloriam spectatu-
ros, & fidelis populi utilitatem.

Talium autem virorū approbatio, vna
cum licentia Episcopi, & Inquisitoris, ante
initium operis, imprimatur.

§. vj.

Typographi, & Bibliopolæ, coram Epi-
scopo, aut Inquisitore, & Romæ, corā
Magistro Sacri Palatij, iureiurando spon-
deant, se munus suum, catholicè, sincerè,
ac fideliter exequuturos, huiusq. Indicis
decretis, ac regulis, Episcoporumq; & In-
quisitorum edictis, quatenus eorum artes
attingunt, obtemperaturos; neque ad suæ
artis ministerium quemquam scienter ad-
missuros, qui heretica labe sit inquinatus.

Quod si inter illos, insignes, ac eruditi
nonnulli reperiantur, fidem etiam catho-
licam, iuxta formam a Pio IV. fel. rec. præ-
scriptam, eorundem Superiorum arbitrio,
profiteri teneantur.

§. vij.

Liber auctoris damnati, qui ad præscri-
ptum Regularum expurgari permitti-
tur,

tur, postquam accuratè recognitus, & pur-
gatus, legitimeq. permissus fuerit, si de-
nuo sit imprimendus, præferat titulo in-
scriptum nomen auctoris, cum nota dam-
nationis, vt quamuis, quoad aliqua liber
recipi, auctor tamen, repudiar, intelliga-
tur.

In eiusdem quoq; libri principio, tum
veteris prohibitionis, tum recentis emen-
dationis, ac permissionis metio fiat, exem-
pli gratia, Bibliotheca à Conrado Gesne-
ro Tigurino, damnato auctore, olim edi-
ta, ac prohibita, nunc iussu Superiorum,
expurgata, & permilla.



IN-

INDEX

AUCTORVM
ET LIBRORVM
PROHIBITORVM.

AUCTORES PRIMÆ CLASSIS.

- A** Bydenus Corallus, alias Huldricus Huttenuus.
 Achilles Pyrminius Gassarus.
 Adolphus Clarenbach.
 Albertus Brandeburgensis.
 Albertus Draco.
 Alexander Alexius Scotus.
 Alexius Brenicerus.
 Alphonsus Æmilius Chemnicensis.
 Ambrosius Interbocensis.
 Ambrosius Moibanus Vratislaviensis.
 Andreas Altameri.

I N D E X

- Andreas Bondestien Carolostadius.
- Andreas Cratander.
- Andreas Dietherus
- Andreas Fabritius Chemnicensis.
- Andreas Fricius Modreuius.
- Andreas Hyperius.
- Andreas Knopen.
- Andreas Musculus.
- Andreas Osiander.
- Andreas Poach.
- Angelus Odonus.
- Antonius Alieus, vel Haliens.
- Antonius Anglus, auctor libri de origine
Missa.
- Antonius Bruciolus.
- Antonius Coruinus.
- Antonius Otho.
- Aretius Felinus, qui & Martinus Bucerus.
- Arnoldus Montanij.
- Arsatius Schoffer.
- Arturus Britannus.
- Augustinus Mainardus Pedemontanus.
- Appen-

Appendix.

Abdias Liberinus, vel Liberinus Abdias.
Abdias Prætorius.

Abrahamus à Munsholt, Antuerpiensis.

Abrahamus Musculus.

Achatius Brandeburgensis.

Adamus Hoppius.

Adamus Pastoris.

Adamus Schmidt, vel Schuberts.

Adamus Siberus.

Æmilius Portus, Francisci filius.

Albertus Hardembergus.

Albertus Lyttichius.

Alceus Antonius.

Alexander Nouellus.

Alexander Seton, Scotus. *Apostata qui scripsit anno 1541.*

Alexius Alexander Lipsensis.

Alphonsus Corradus vel Conradus.

Ambrosius Lobvuasser.

Ambrosius Reudenius.

Ambrosius VVolfius, vel Vuolfius.

LIBRORUM INDEX

- Andreas Celichius,
 Andreas Coruinus:
 Andreas Critius, Polonus.
 Andreas Ellingerus.
 Andreas Freyhub.
 Andreas Fulda.
 Andreas de Görlitz, Professor Lipsensis.
 Andreas Gorrutius.
 Andreas Hondorffius.
 Andreas Jacobi Gopingensis.
 Andreas Kreuch.
 Andreas Lang.
 Andreas Muncerus.
 Andreas Otho, Hertzbergensis.
 Andreas Pancratius.
 Andreas Petrius,
 Andreas Pouchemius.
 Andreas Scoffius, vel Scoppius.
 Andreas Volanus,
 Andreas à Skeue.
 Antonius Ceuallerius,
 Antonius Cooke.
 Antonius Corranus,

Anto-

LIBRORVM PROHIB. 3

Antonius Fayus.
 Anronius Ghelbius, Linconiensis.
 Antonius Herfortus.
 Antonius Mocherus.
 Antonius Paquius.
 Antonius Probus.
 Antonius Sadeel.
 Antonius Schorus, Anglus.
 Aonius Palearius.
 Augustinus Marloratus.

Certorum Auctorum libri prohibiti.

In **A**ctis Aeneę Syluij prohibetur ea, quę
 ipse in Bulla retractationis dānauit.

Alicuini, seu potius Caluini commentarij
 omni libros de Trinitate.

Antonij Francisci Doni literę.

Antonij de Rosellis Aretini tracta-
 tus de potestate Imperatoris, & donec
 Papę, & de Concilijs. expur-

Augustini de Roma Nazarenı Epi
 scopi, tractatus de sacramento Di
 uinitatis Iesu Christi, & Ecclesię. gētur.

Item tractatus de Christo capite, & eius
 incli-

I N D E X

